ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Nobilissimæ ac Generosæ Dominæ.

Prævenit me D. Justus Vandergraft, detersum nob. V. significans et mœra vota Musicæ allegans; tui dolore absentiæ meæ testatus, hæc literula et excusationem et affectum, brevitèr expedio.

Musicam universam sub manu habeo, quam definio consistere in modulo, hoc est unius vocis principalis cantillationem, velut subiecto, quod motu, numero, tempore et mensura absolvitur. Motus est in sonitibus gradatim vel intervallatim procedentibus. In quibus La est vis, ut ex natura proportionis, in singulis intervallis consonis ac dissonis, animus humanus ad quævis pathemata moveri et concuti possit: Excepta una, cui Diapason consonantia, quæ æquisona est, ac solummodo explet; quam nos, negligentes gratuitus* Octavam, Octamus; Diapente seu Quinta, diapessaron seu Quarta, nec non tertiæ, sextæque ac tam majoris et minoris; tum suis videlicet semitoniis, affectus movent naturaliter, et per energiam. Quorum intervallorum minimum est a commate, nona vel decima Toni majoris vel minoris parte proportionem æquali. Ex qua semitonia constituuntur, aptissima ad molliendum, vel incitandum animum. Quæ omnia in genere Harmonico seu duro, quod humanæ voci nos servit; Instrumentis difficultèr assequimur) Chromatico, et molli; Diatonico seu naturali; justo calculo nobis, et expressi: seu mavis Theoricè, in numeris radicalibus; seu practicè, in Monochordis singulis, vel unis. Numerus est in notulis, quantitate secundum minorem, ac singularum partium durationem distinctis*. Tempus æquale nota semibrevi,

(* plurimi enim in musica grata sunt effectus.)

* semibrevi, minima, semiminima, fusa et semifusa.

Hug. 37.

brevi, utpote mensura communi, absolvitur. Tempus
imqualē ^ proportionē partium temporis æqualis constat.
Et quidem si Tripla est proportio, tres semibreves:
si sesquialtera, tres minimæ; quæ una semibrevem, ejusque
mediatem, continent: si Hemiolia, tres seminimæ
(nam semitota est sed sesquialteræ) tempus absolvunt.
Mensura duratio temporis est: quæ debet habere can
quantitatem, ut singulæ notulæ fuse (octavam mensu-
ræ partem tempore æquali durantes) manus positione at
elevatione rite pronunciari possint. Inde sumenda est om-
nis proportionis duratio. Tripla æquivalet durationi
mensuræ æquali, sed differt tempore ^ motu partium. Sesquialtera
duplicat celeritatem mensuræ, at partium. Hemiolia ses-
quialteram ^ dupla celeritate superat. Hisce omnis animi motus
perfectissime absolvitur. Tetigi omnes myæ eliminandæ
sunt! pauca & empla addidi, quibus licet perspicere,
quid hac methodo in musica præstari possit. Sed ad perfici-
endum opus meum desidero Commentarium Latinum Damiclis
Barbari in Ptolemæum! ut de novo genera harmoniæ, ad
justum calculum expetam. Italicum a D. Campio individuo
meo amico habui, nunc libet Latinum exemplar inspicere,
quod a D. T. avide expectabo; meamque opellam democps
generosissimæ nobilitati ac censuræ ^ vestræ (si licebat) subjiciam.

Nobilitati generositati vestræ

Servus

Joannes Albertus Bannius

Harlemi. III Idus Sextilis
CIↃ. IↃC. XXXVI.

† Harmonia contexenda vocibus gravibus, nativalibus, acutis, et super acutis. Symphoniæ contextus speciebus consonis, ac dissonis continuandis, pro verborum exigentia; semitonio majori, et septa; quibus semitonia inciuntur. Semitonio minori et septa, tono majori; et quinta quibus incitatur anima. etc. Sic tamen ut verborum tractus more oratorio prolatus, a nulla vocum convenientium disparitate, vel specierum vocalium impropriatate impediatur, perdatque energiam et delectationem. Sed de istis coram disserendi dabitur occasio.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 1
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1417

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 1
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1417

Nobilissimo ac generoso
Domino
D. Constantino Hugens
Domino in Zulicom
Excellmi Principis Orangio
Consiliario & Secretario

Hagæ-Comitis

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 1
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1417